UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIX. De parœciis & alienis parœcianis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

XXIX. De parœciis, & alienis parœciani[s]

1 NOta ſexto, cum defunctus in aliena pa-
rœcia ſepulturam elegit, tunc ex his, quæ
pro anima ſua reliquit Eccleſiæ, in qua ſepe-
liri voluit, canonicam portionem deben[t]
Eccleſiæ parœciali, quæ quidem portio e[ſt]
quarta pars. *c. cum ſuper.* 8. niſi loci conſue[tu-]
do aliam partem, ut tertiam, vel dimidiam
2 finiat. *c. certificari.* 9. §. Parœcia eſt lo[cus]
unam Eccleſiam baptiſmalem, & populu[m]
deputatum continens. 16. *q.* 1. *c. plures.* 55. [Pa-]
rœcia dicitur ἀπὸ τοῦ παροικεῖν: quia par[œ-]
ciani παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ οἰκοῦνται, juxta Ecc[le-]
ſiam habitant. Alii Parochiam vocant a[pò]
τοῦ παρέχειν, quod eſt præbere, id eſt, a[limentorum et ſacra-]
mentorum diſtributione: quia cuilibet [ſa-]
3 cramenta præbentur in ſua parœcia. §. Q[ui]
igitur eidem Eccleſiæ ſunt deputati, ejuſd[em]
ſunt parœciæ, cæteri ſunt alieni parœci[ani.]
4 §. Hæc parœciarum diſtinctio Dionyſi[um]
auctorem habet. *Sup. de his quæ fiunt a præ-*
ſi conſ. capit. c. pen. & 13. q. 1. c. Eccleſia[s].
Hucusque de peculio clericorum.

XXX. De decimis, primitiis & obla-tionibus.

1 SUpereſt dicendum de decimis, primi[tiis]
& oblationibus, hoc enim eſt ultimum [ex]
his, quæ *lit.* 5. explicanda propoſuimus. §.

Decim[æ]